



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Evphrosynvs C. 11. Septembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

S. EVPHROSYNVS C. *xx. Septembri,*

**M**ala cape sis ex Elysiahortis, quid horret  
securus cape. Non illa sunt, à quibus primi  
parentis dentes obstupuerunt. Nec Eva mater,  
sed EVPHROSYNVS porrigit; ille quidem tertius  
filius & inter monachos ad culinæ nidorem dam-  
natus; sed cuius labores cælo impendio sapiebat.  
Ostendit hoc sacerdoti & ipsi integerrima vita,  
quanti eos faciat, quos imprudens nihil facit tel-  
lus. Sordebat huic jam diu humana, & naufragabat  
mortalia immortalis animus; illas gustare delicias  
avebat, quas alieno gusto miscelli perdidimus. Ne-  
que negavit D<sup>r</sup>vs, sed votis tam piis satisfac-  
tus, extasi abruptum in felicissimos hortos trans-  
culit. Ibi dum ille gaudiis inundatur, EVPHRO-  
SYNVM nostrum videt non jam ignobilis terza co-  
lonum. Atque ut ne somnum crederet somniante,  
accipit ab eo laudata à nobis poma, quæ vel  
odore suavissimo patriam suam loquerentur. In-  
tercædere campano ad preces matutinas vocante  
sibi redditur Sacerdos, & dum ad templum pro-  
perat, involuta pallio poma reperit: mox ubi-  
dem omnia ex EVPHROSYNO intelligit, Asceti  
manera portentosa & in his virtutem EVPHRO-  
SYNI prædicat. Et nobiles quidem illi fructus  
fructus alios quotidie miracula proferebant, &  
EVPHROSYNVS proditus fugace subduxit. Et quo-  
zis, fugit ille? Nempe si sicilli Paradisius patebat  
gratis jam queris, Ex Men. Gracis.

Nihil est, benedicte fui, quod possit aut debet  
præferti ei, qui est verus Dominus, & verus Ratis-  
& Imperator aeternus. Chi enim rectius uitamin-

fias

11. Sept. VITA SANCTORVM. 447  
ptembris, frām impendimus, quām illi à quo accipimus? cui  
si in hoc seculo militaverimus, tunc ad ipsum tran-  
feremebimur. S. Paulin. ep. 39.

S. THEODORA P OENITENS.  
11. Septembris.

V Irum an feminam spectasse te, lector autu-  
mas? utrumque, si mihi credis. Nam femina,  
puto, fuit THEODORA, cūm lapsa est, vir, cūm sur-  
textit. Id te vita docebit. Tenebat illa matronas  
inter Alexandriæ principem locum. Sed ex hoc le-  
na eademque venefica turpiter dejecit, cūm quæ  
Sol occidens non spectat scelera impunè perpe-  
trari sūrasit, itaque adulterium persuasit: ac si unum  
solummodo cælum oculum haberet & mediæ  
ciam in nocte Argus non esset. Vedit ipsa THEO-  
DORA crimen, cūm primum lux animo' oborta  
est, & quod ruborem absconderet, cœnobio se  
abdidit, utque viros effugeret, inter viros virum  
le venditavit. Et jam lacrymas quibus facinus  
piabat, vel Crocodilus probaverat, dum dorso  
innoxiam per fluctus tulit; jam silvæ, per quas  
iridi monachi intempestâ nocte miserant à feris  
devorandam, viuum & ipsæ crediderant; cūm lo-  
to pellere dæmon malus aggressus, non quidem  
virum negavit THEODORAM, sed tamen infamis  
mulerculæ operâ patrem mentitus est. Poterat se  
ipsam absolvere THEODORA sexum fatendo, sed  
maluit suum sub alieno scelere scelus luere. Itaque  
pulsa cum infante septem ipsis annos propter Mo-  
tillerii fores jacuit cæli hominumque injuriis ex-  
posita. Denique cætera miracula, & morientis  
quod cælestes gloria Cœnobiarçæ ostensa, addu-  
ciliq[ue] codem temporiis articulo maritus, mors  
ipsa